

IV. Hujus post mortem, cum populum judicii sui penitenter, multæ novem partes detraxit, et decem talenta Cononem filium ejus, ad muri quamdam partem reficiendam, jussit dare: in quo fortunæ varietas est animadversa. Nam quos avus Conon muros ex hostium prædâ patriæ restituerat, eosdem nepos cum summâ ignominia familiæ ex suâ re familiari reficere coactus est. Timothei autem moderatæ sapientisque vitæ cum pleraque possimus proferre testimonia, uno erimus contenti, quod ex eo facile conjici poterit quàm carus suis fuerit. Cum Athenis adolescentulus causam diceret, non solum amici privatique hospites ad eum defendendum conveniunt, sed etiam in eis Jason tyrannus, qui illo tempore fuit omnium potentissimus. Hic cum in patria sine satellitibus se tutum non arbitraretur, Athenas sine ullo præsidio venit: tantique hospitem fecit, ut mallet se capitis periculum adire, quàm Timotheo de famâ dimicanti deesse. Hunc adversus tamen Timotheus postea populi jussu bellum gessit, patriæque sanctiora jura quàm hospitii esse duxit. Hæc extrema fuit ætas imperatorum atheniensium, Iphicratis, Chabriæ, Timothei: neque post illorum obitum quisquam dux in illâ urbe fuit dignus memoriâ.

IV. *Judicii*, de su sentencia. *Detraxit*, rebajó. *Ex suâ re familiari*, de su propio caudal, á su costo. *Moderatæ, sapientisque vitæ*, de la moderacion y prudencia de su vida. *Causam diceret*, defendiéndose en juicio. *Privatique hospites*, y sus mas allegados huéspedes. *Jason*, Jason, tirano (de la Tesalia, distinto del jefe de los argonautas). *Patria*, esto es, en Faras, ciudad de la Tesalia. *Sine satellitibus*, sin estar cercado de guardias. *Sine ullo præsidio*, sin escolta alguna. *Adire periculum capitis*, exponerse á perder la vida. *De famâ dimicanti*, cuando hacia los mayores esfuerzos por poner en salvo su honor. *Deesse*, dejar de ayudar. *Hunc adversus* (anástrofe, por *adversus hunc*). *Sanctiores* *duxit*, y tuvo por mas sagrados y respetables.

T. POMPONII ATTICI VITA.

Cap. I. Pomponius Atticus, ab origine ultima stirpis romana generatus, perpetuò a majoribus acceptam equestrem obtinuit dignitatem. Patre usus est diligente, indulgente, et, ut tum erant tempora, diti, in primisque studioso litterarum. Hic, prout ipse amabat litteras, omnibus doctrinis, quibus pueriis ætas impertiri debet, filium erudit. Erat autem in puero, præter docilitatem ingenii, summa suavitas oris ac vocis, ut non solum celeriter arriperet quæ tradebantur, sed etiam excellenter pronuntiaret. Quâ ex re in pueritiâ nobilis inter æquales ferebatur, clariùsque exsplendescibat, quàm generosi condiscipuli animo æquo ferre possent. Itaque incitabat omnes studio suo: quo in numero fuerunt L. Torquatus, C. Marius filius, M. Cicero: quos consuetudine suâ sic sibi devinxit, ut nemo iis perpetuò fuerit carior.

II. Pater maturè decessit: ipse adolescentulus, propter affinitatem P. Sulpicii, qui tribunus plebis interfectus est, non expers fuit illius periculi. Namque Anicia, Pom-

I. INTERP. *Patre usus est*, tuvo un padre, etc. *Et ut tum*, y para aquellos tiempos rico. *Impertiri debet*, debe emplearse. *Præter docilitatem*, á mas de la facilidad de aprender. *Summa*, una suma dulzura en la pronunciacion. *Celeriter arriperet quæ* concebía prontamente lo que se le enseñaba. *Nobilis inter æquales*, se señalaba singularmente entre sus iguales y compañeros de escuela. *Generosi*, ahidalgados, deseosos de gloria. *Clariùsque exsplendescibat*, y empezó á lucir mas de lo que podían sufrir sin envidia. *Consuetudine*, con su trato civil y modesto.

II. *Maturè*, pronto, antes de tiempo, no llegó á ser viejo. *Non expers*, no estuvo exento de aquel peligro (de ser tambien muerto).

Generatus ab ultimâ origine stirpis romanæ, descendiente de una de las casas primitivas y solariegas de Roma. Era opinion que descendia de Pomponio, hijo de Numa, segundo rey de los Romanos.

Perpetuò, se mantuvo toda su vida en el órden ecuestre, dignidad heredada de sus antepasados. El órden de los caballeros era el medio entre el senatorio y el plebeyo.

ponii consobrina, nupserat M. Servio, fratri P. Sulpicii. Itaque interfecto Sulpicio, posteaquam vidit Cinnano tumultu civitatem esse perturbatam, neque sibi dari facultatem pro dignitate vivendi, quin alterutram partem offenderet, dissociatis animis civium, cum alii Sullanis, alii Cinnanis faverent partibus, idoneum tempus ratus studiis obsequendi suis, Athenas se contulit: neque eo secius adolescentem Marium hostem judicatum, jovit opibus suis, cujus fugam pecunia sublevavit. Ac ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiari, eodem magnam partem fortunarum trajecit suarum. Hic ita vixit, ut universis Atheniensibus merito esset carissimus. Nam præter gratiam, quæ jam in adolescentulo magna erat, sæpe suis opibus inopiam eorum publicam levavit. Cum enim versuram facere publice necesse esset, neque ejus conditionem æquam haberent, semper se interposuit, aque ita, ut neque usuram unquam ab iis acceperit, neque longius, quam dictum esset, eos debere passus sit. Quod utrumque erat iis salutare. Nam neque indulgendo inveterascere eorum æs alienum patiebatur, neque multiplicandis usuris crescere. Auxit hoc officium aliâ quoque liberalitate. Nam universos frumento donavit, ita ut singulis sex modii tritici darentur: qui modus mensuræ medimnus Athenis appellatur.

Neque sibi, y que no le era permitido vivir con decoro conforme lo pedia su grado (de caballero romano). *Quin offenderet*, sin disgustar. *Ratus*, creyendo ser este un tiempo oportuno para dedicarse á sus estudios. *Judicatum*, declarado por Sila enemigo de la patria. *Peregrinatio*, aquella mudanza de país. *Præter gratiam*, además de su amabilidad, que ya era grande aun de jóven. *Versuram facere*, viéndose el público en la precision de tomar de nuevo dinero á censo para pagar las deudas antiguas. *Neque ejus* y no hallando quien hiciese un partido razonable. *Interposuit*, s. puso de por medio y suministró dinero. *Usuram*, interés alguno. *Neque longius*, ni permitió que estuviesen debiendo por mas tiempo que el que se había aplazado. *Inveterascere*, se fuesen envejeciendo. *Multiplicandis usuris*, multiplicándose los intereses.

Cinnano, por la sublevacion de Cina: habia dos facciones, cuyas cabezas eran Cina y Octavio, ambos cónsules. El primero era del partido de Mario y el otro de Sila

Medimnus, medida griega que cubia seis ó siete modios, y este dos celemines de los nuestros con poca diferencia

III. Hic autem sic se gerebat, ut communis infim's, par principibus videretur. Quo factum est, ut huic omnes honores quos possent publice haberent, civemque facere studerent. Quo beneficio ille uti noluit: quod nonnulli ita interpretantur. amitti civitatem romanam aliâ adscitâ. Quamdiu adfuit, ne qua sibi statua poneretur, restitit: absens prohibere non potuit. Itaque aliquot ipsi, et Phidiæ locis sanctissimis posuerunt. Hunc enim in omni procuratione reipubl. actorem auctoremque habebant. Igitur primum illud munus fortunæ, quod in eâ potissimum urbe natus est, in quâ domicilium orbis terrarum esset imperii, ut eandem et patriam haberet, et domum. Hoc specimen prudentiæ, quod cum in eam civitatem se contulisset, quæ antiquitate, humanitate, doctrinâ præstaret omnes, ei unus ante alios fuerit carissimus.

IV. Huc ex Asiâ Sulla decedens cum venisset, quamdiu ibi fuit, secum habuit Pomponium, captus adolescentis humanitate et doctrinâ. Sic enim græcè loquebatur, ut Athenis natus videretur. Tanta autem suavitas erat sermonis latini, ut appareret, in eo nativum quemdam leporem esse, non adscitum. Idem poemata pronuntiabat et græcè et latinè sic, ut suprâ nihil posset. Quibus rebus factum est, ut Sulla nunquam eum ab se dimitteret, cuperetque secum deducere.

III. *Communis*, afable y familiar con la gente ordinaria. *Principibus*, grandes ó principales. *Amitti civitatem*, se perdia el derecho de ciudadano. *Aliquot*, algunas estatuas. *Actorem auctoremque*, por agente y consejero. *In eâ*, esto es, en Roma. *Domicilium*, el asiento, ó donde residia. *Eandem et patriam*, et domum, teniéndola al mismo tiempo por patria (por haber nacido en ella) y por residencia principal (por ser ciudadano de ella). *Hoc specimen*, y tambien fué esto una prueba de su prudencia. *Humanitate*, cortesanía. *Ei unus*, haberse hecho amar mas que ninguno en una ciudad que á todas llevaba ventaja.

IV. *Captus*, prendado. *Non adscitum*, una cierta gracia natural, no adquirida con estudio. *Poemata*, recitaba tambien las composiciones poéticas. *Ut suprâ*, que no habia mas que pedir. (Se entiende *addi...*)

Aliâ adscitâ, en virtud de una ley no podian los Romanos ser ciudadanos de dos ciudades, so pena de perder la primera aceptando la segunda.

Phidiæ, á Fidias, uno de los prin-

cipales de Atenas. Así las buenas ediciones; lo demás son cavilaciones de gramáticos ociosos, como nota muy bien el sabio don José Nicolás de Azara en la historia de la vida de Ciceron.

Cui cum persuadere tentaret « Noli, oro te, inquit Pomponius, adversum eos me velle ducere, cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui. » At Sulla, adolescentis officio collaudato, omnia munera ei, quæ Athenis acceperat, proficiscens iussit deferri. Hic complures annos moratus, cum et rei familiari tantum operæ daret, quantum non indiligens deberet paterfamilias, et omnia reliqua tempora aut litteris aut Atheniensium reipubl. tribueret, nihilominus amicis urbana officia præstitit. Nam et ad comitia eorum ventitavit, et si qua res major acta est, non defuit: sicut Ciceroni in omnibus ejus periculis singularem fidem præbuit: cui ex patriâ fugienti LLS. ducenta et quinquaginta millia donavit. Tranquilla autem rebus romanis, remigravit Romam, ut opinor, L. Cottâ, et L. Torquato Coss.: quem diem sic universa civitas Atheniensium prosecuta est, ut lacrimis desiderii futuri dolorem indicaret.

V. Habebat avunculum Q. Cæcilium, equitem romanum, familiarem L. Luculli, divitem, difficillimâ naturâ: cujus sic asperitatem veritus est, ut quem nemo ferre posset, hujus sine offensione ad summam senectutem retinuerit benevolentiam; quo facto tulit pietatis fructum. Cæcilius enim moriens testamento adoptavit eum, heredemque fecit ex dodrante, ex quâ hereditate accepit circiter centies LLS. Erat nupta soror

Cui, á quien intentando persuadir, esto es, que volviese á Roma. *Officio*, alabando el honrado proceder y buena correspondencia. *Rei familiari*, su hacienda, los intereses de su casa. *Urbana officia*, sin dejar por eso de hacer por sus amigos de Roma aquellos oficios que debe un ciudadano. *Ad comitia eorum*, acudió con frecuencia á sus juntas. *Singularem fidem præbuit*, se mostró fiel amigo. *Prosecuta est*, hizo tan memorable. *Desiderii futuri*, por la falta que les habia de hacer.

V. *Difficillimâ naturâ*, de muy mal genio y condicicn. *Veritus est*, respetó. *Sine offensione*, sin disgustarle jamás. *Ad summam*, hasta su edad mas avanzada (en que era mas enfadoso ó inaguantable)...

LLS. De sestercios pequeños. Este era una moneda entre los Romanos que valia cuatro cuartos nuestros. Aquí el autor habla de él; por lo que 250,000 sestercios equivalen á

cerca de 417,647 reales vellon. El llamado sestercio grande contenia el valor de 4000 sestercios pequeños, por lo que valia como 300 reales.

Ex dodrante, de las tres cuar-

Attici Q. Tullio Ciceroni, easque nuptiæ M. Cicero conciliavit; cum quo a condiscipulatu vivebat conjunctissimè, multo etiam familiarius, quàm cum Quinto; ut judicari possit, plus in amicitia valere similitudinem morum, quàm affinitatem. Utebatur autem intimè Q. Hortensio, qui iis temporibus principatum eloquentiæ tenebat, ut intelligi non posset, uter eum plus diligeret, Cicero, an Hortensius: et id, quod erat difficillimum, efficiebat, ut inter quos tantæ laudis esset æmulatio, nulla intercederet obstrectatio, essetque talium virorum copula.

VI. In republ. ita versatus est, ut semper optimarum partium et esset, et existimaretur, neque tamen se civilibus fluctibus committeret, quòd non magis eos in suâ potestate existimabat esse, qui se iis dedissent, quàm qui maritimis jactarentur. Honores non petiit, cum ei paterent propter vel gratiam, vel dignitatem; quòd neque peti more majorum, neque capi possent conservatis legibus, in tam effusis ambitus largitionibus; neque retineri e republ. sine periculo, corruptis civitatis moribus. Ad hastam publicam nunquam accessit. Nullius rei neque præes, neque manceps factus est. Neminem suo no-

Q. Tullio (hermano de M. Tulio) *Æmulatio*, competencia. *Obstrectatio*, no hubiese mala voluntad. *Copula*, lazo de union.

VI. *Optimarum partium*, del mejor partido. *Neque tamen*, sin mezclarse no obstante en las turbulencias de las guerras civiles. *Quòd non magis*, que no eran mas dueños de sí. *Maritimis*, que los que eran agitados de las olas del mar. *Paterent*, siéndole mas fácil el conseguirlos. *Propter vel*, ya por lo bien quisto que estaba, ya tambien por su mérito. *In tam effusis*, en una tan grande profusión de regalos (como hacian los ambiciosos pretendientes). *Neque retineri*, ni retenerlos con utilidad de la república. *Ad hastam publicam*, no asistió jamás á almoneda pública. (La lanza era la señal de almoneda.) *Neque præes, neque manceps*, no quiso salir por fiador en cosa alguna, ni por arrendador de las rentas del público. *Suo nomine*, ni por sí mismo...

tas partes de su hacienda. El dodrante es un peso ó una medida antigua que contenia nueve onzas ó nueve partes, que es lo mismo que tres cuartas partes de las doce de que constaba la libra romana.

Centies LLS., sup. *centena millia*, cien veces cien mil sestercios, que segun el cómputo hecho arriba componen la cantidad de 4,705,333 reales y 42 mrs.

mine, neque subscribens, accusavit. In jus de sua re nunquam iit: iudicium nullum habuit. Multorum consulum, praetorumque praefecturas delatas sic accepit, ut neminem in provinciam sit secutus, honore fuerit contentus, rei familiaris despexerit fructum: qui ne cum Q. quidem Cicerone voverit ire in Asiam, cum apud eum legati locum obtinere posset. Non enim decere se arbitrabatur, cum praetura gerere nolisset, asseclam esse praetoris. Quam in re non solum dignitati serviebat, sed etiam tranquillitati, cum suspiciones quoque vitaret criminum; quo fiebat, ut ejus observantia omnibus esset carior, cum eam officio, non timori neque spei tribui viderent.

VII. Incidit Caesarianum civile bellum, cum haberet annos circiter sexaginta: usus est aetatis vacatione, neque se quodquam movit ex urbe. Quae amicis suis opus fuerant ad Pompeium proficiscentibus, omnia ex sua re familiari dedit. Ipsum Pompeium conjunctum non offendit. Nullum enim ab eo habebat ornamentum, ut ceteri, qui per eum aut honores aut divitias ceperant: quorum partim invitissimi castra sunt secuti, partim summam cum ejus offensione domi remanserunt. Attici autem quiete tantopere Caesari fuit grata, ut victor cum privatis pecunias per epistolas imperaret, huic non solum molestus non fuerit, sed etiam sororis filium et Q. Ciceronem ex Pompeii castris concesserit. Sic veteri instituto vitae effugit nova pericula.

VIII. Secutum est illud, occiso Caesare, cum resp.

Neque subscribens, ni suscribiendo á la acusacion de otro. *In jus*, nunca compareció en el tribunal por negocio suyo. *Judicium*, ni tuvo pleito alguno. *In provinciam*, al gobierno. *Legati locum*, grado, ó en calidad de su lugar teniente. *Asseclam esse*, ir como dependiente. *Ejus observantia*, su atencion y respeto eran mas agradables á todos por ver que no les empleaba llevado de algun temor ó esperanza, sino por razon de propia conveniencia.

VII. *Incidit Caesarianum*, sucedió la guerra civil de César y Pompeyo (guerra muy fatal á Roma). *Vacatione*, del privilegio ó pretexto de su avanzada edad. *Quodquam*, no salió de Roma para ir á alguna parte (en defensa de César ó Pompeyo). *Offendit*, no ofendió á Pompeyo, con quien tenía alguna connexion. *Ornamentum*, dignidad alguna. *Summam cum*, con sumo disgusto de Pompeyo. *Pecunias imperaret*, pidiendo ó exigiendo á otros dinero por cartas. *Castris*, que habian militado con Pompeyo. *Concesserit*, dió libertad por su respeto. *Veteri instituto vitae*, con su antiguo modo de vivir.

VIII. *Illud*, aquella otra guerra, ó aquel tiempo. *Caesare* (asesinaronle Bruto y Casio en el senado con veinte y tres puñaladas).

penes Brutos videretur esse, et Cassium, ac tota civitas se ad eum convertisse videretur, sic M. Bruto usus est, ut nullo ille adolescens aequali familiaris, quam hoc sene: neque solum eum principem consilii haberet, sed etiam in convictu. Excogitatum est a quibusdam, ut privatum aërium Caesaris interfecto ab equitibus rom. constitueretur. Id facile effici posse arbitrati sunt, si et principes illius ordinis pecunias contulissent. Itaque appellatus est a C. Flavio Bruti familiari Atticus, ut ejus res princeps esse vellet. At ille, qui officia amicis praestanda sine factione existimaret, semperque a talibus se consiliis removisset, respondit: si quid Brutus de suis facultatibus uti voluisset, usurum quantum ea paterentur; se neque cum quoquam de ea re collocaturum, neque coiturum. Sic ille consensionis globus hujus unius dissensione disiectus est. Neque multo post superior esse cepit Antonius: ita ut Brutus et Cassius, provinciarum, quae iis necis causa datae erant a consulibus, desperatis rebus, in exilium proficiscerentur. Atticus, qui pecuniam simul cum ceteris conferre noluerat florenti illi parti, abjecto Bruto, Italiaeque cedenti, LLS. centum millia muneris misit: eidem in Epiro absens trecenta jussit dari: neque eo magis potenti adulatus est Antonio, neque desperatos reliquit.

Penes, en manos. *Ad eum convertisse*, que habia puesto en él toda su esperanza. (Entiende á Bruto, cabeza de la confederacion.) *Sic M. Bruto*, era tan intimo amigo de M. Bruto. *Ut nullo ille*, que á ninguno de sus iguales trataba el jóven Bruto con mas familiaridad que á este viejo Pomponio. *Principem consilii*, por su principal consejero. *In convictu*, mas tambien por compañero en el trato y conversacion. *Excogitatum est*, proyectaron algunos. *Privatum aërium*, un fondo particular. *Princeps esse*, tuviese á bien ser el primero y como cabeza de aquella contribucion. *Sine factione*, sin espíritu de partido. *Quantum*, en cuanto diesen de sí, lo permitiesen. *Neque coiturum*, ni se uniria con ninguno. *Ille consensionis globus*, aquella tropa unida de facinerosos quedó desbaratada y dispersa. *Provinciarum*, el órden es: *desperatis rebus provinciarum que datae erant iis causa necis, etc.*, habiendo perdido del todo la esperanza de los gobiernos que les habian señalado los cónsules por la muerte de César. *Florenti*, cuando estaba en auge ó pujante. *Abjecto*, abatido, abandonado Bruto, y fugitivo de la Italia. *In Epiro*, en el Epiro.

LLS. cien mil sesteracios, que hacen 47,058 reales y 28 mrs.

lia sesterthorum, que son como 444,176 reales y 16 mrs.

Trecenta, esto es, trecenta mil-

IX. Secutum est bellum gestum apud Mutinam. In quo si tantum eum prudentem dicam, minus quam debeam prædicem, cum ille potius divinus fuerit; si divinatio appellanda est perpetua naturalis bonitas, quæ nullis casibus augetur, neque minuitur. Hostis Antonius iudicatus, Italiâ cesserat, spes restituendi nulla erat. Non solum ejus inimici, qui tum erant potentissimi et plurimi, sed etiam amici adversarii ejus se dabant, et in eo lædendo se aliquam consecuturos sperabant commoditatem: familiares insequerantur, uxorem Fulviam omnibus rebus spoliare cupiebant, liberos etiam extinguere parabant. Atticus, cum Ciceronis intimam familiaritate uteretur, amicissimus esset Bruto, non modo nihil iis indulsit ad Antonium violandum, sed e contrario familiares ejus ex urbe profugientes, quantum potuit, texit: quibus rebus indiguerunt, adjovit: P. verò Volumnio ea tribuit, ut plura a parente proficisci non potuerint. Ipsi autem Fulviæ, cum litibus distineretur, magnisque terroribus vexaretur, tantâ diligentia officium suum præstitit, ut nullum illa stiterit vadimonium sine Attico, hic sponsor omnium rerum fuerit. Quin etiam cum illa fundum secundâ fortunâ emisset in diem, neque post calamitatem versuram facere potuisset, ille se interposuit, pecuniamque sine scenore, sineque ullâ stipulatione ei credidit, maximum existimans quæstum, memorem gratumque cognosci, simulque aperire, se non fortunæ, sed hominibus solere esse amicum. Quæ cum faciebat, nemo eum temporis causâ facere poterat existimare. Nemini enim in

IX. *Apud Mutinam*, la guerra de Módena. *Divinus*, adivino, profeta. *Divinatio*, adivinacion. *Augetur, neque minuitur*, que por ningun acontecimiento se aumenta ni disminuye. *Cesserat*, habia salido. *Dabant se*, se unian con los contrarios de este. *Commoditatem*, algunas ventajas. *Violandum*, para maltratar. *Texit*, protegió, defendió. *Ea tribuit*, hizo tan señalados favores á Pub. Volumnio. *Ut plura*, que no le pudieran venir mayores de mano de un padre. *Ut nullum illa*, que siendo ella emplazada, jamás se ofreció comparecer en juicio sin Ático. *Cum illa fundum*, habiendo comprado esta misma cuando se hallaba en prosperidad una heredad, que debia pagar á plazo fijo, y no pudiendo, despues de su desgracia, hallar quien la prestase dinero para pagar la deuda, medió Ático, y sin interés ni condicion alguna le dió el dinero. *Temporis causâ*, por acomodarse al tiempo...

opinionem veniebat, Antonium rerum potiturum. Sed sensim a nonnullis optimatibus reprehendebatur. quod parum odisse malos cives videretur. Ille autem sui judicii, potius quid se facere par esset intuebatur, quam quid ali laudaturi forent.

X. Conversa subito fortuna est. Ut Antonius rediit in Italiam, nemo non magno in periculo Atticum putarat, propter intimam familiaritatem Ciceronis et Bruti. Itaque ad adventum imperatorum de foro decesserat, timens proscriptionem, latebatque apud P. Volumnium, cui, ut ostendimus paulò antè, opem tulerat: tanta varietas in iis temporibus fuit fortunæ, ut modò hi, modò illi in summo essent aut fastigio aut periculo. Habebat secum Q. Gellium Canum, æqualem, simillimumque sui. Hoc quoque sit Attici bonitatis exemplum, quòd cum eo, quem puerum in ludo cognoverat, adeò conjunctè vixit, ut ad extremam ætatem amicitia eorum creverit. Antonius autem, etsi tanto odio ferebatur in Ciceronem, ut non solum ei, sed omnibus etiam ejus amicis esset inimicus, eosque vellet proscribere, multis hortantibus tamen Attici memor fuit officii, et ei, cum requisisset ubinam esset, suâ manu scripsit, ne timeret, statimque ad se veniret: se eum, et Gellium Canum, de proscriptorum numero exemisse. Ac, ne quod periculum incideret, quòd noctu fiebat, præsidium ei misit. Sic Atticus in summo timore, non solum sibi sed etiam ei, quem carissimum habebat, præsidio fuit. Neque enim

Rerum potiturum, volveria á apoderarse del mando, llegaria otra vez á ser dueño absoluto. *Sensim*, á escondidas, en secreto. *Malos cives*, esto es, Antonio y á los de su partido. *Sui judicii*, esto es, *vir sui judicii*, que no se dejaba engañar. *Quid par esset*, lo que era justo.

X. *Fortuna*, el estado de las cosas. *De foro*, se abstuvo de parecer en público. *Proscriptionem*, la proscripcion ó encartamiento (que sufrió Ciceron, y todos sus amigos y dependientes). *Fastigio*, ó en la cumbre de la fortuna. *In ludo*, en la escuela, desde que eran condiseñpulos. *Ferebatur*, se dejaba arrebatar. *Officiu*, de los buenos oficios y cortesía que usó con Fulvia su mujer. *Quod noctu fiebat*, porque el presentarse á Antonio habia de ser de noche. *Præsidium*, escolta. *Sic Atticus*, de esta manera Ático, no solamente se libertó á sí mismo de tan gran temor, mas tambien á aquel á quien queria entrañablemente...

Imperatorum de Antonio, Lépidó y Augusto, que componian el triunvirato.

suae solum a quoquam auxilium petiit salutis, sed conjunctim: ut appareret, nullam se junctam sibi ab eo velle fortunam. Quod si gubernator praecipua laude fertur, qui navem ex hieme, marique scopuloso servat, cur non singularis ejus existimetur prudentia, qui ex tot, tamque gravibus procellis civilibus ad incolunitatem pervenit?

XI. Quibus ex malis ut se emerit, nihil aliud egit, quam ut plurimis, quibus rebus posset, esset auxilio. Cum proscriptos praemii imperatorum vulgus conquireret, nemo in Epirum venit, cui res ulla defuerit: nemini non ibi perpetuo manendi potestas facta est. Quin etiam post praelium Philippense, interitumque C. Cassii, et M. Bruti, L. Julium Mocillam praetorium, et ejus filium, Aulumque Torquatum, ceterosque pari fortuna percussos, instituit tuum, atque ex Epiro his omnia Samothraciam supportari jussit. Difficile enim est omnia persequi, et non necessaria. Illud unum intelligi volumus, illius liberalitatem, neque temporariam, neque callidam fuisse. Id ex ipsis rebus ac temporibus judicari potest: quod non florentibus se venditavit, sed afflictis semper succurrit: qui quidem Serviliam, Bruti matrem, non minus post mortem ejus, quam florentem coluerit. Sic liberalitate utens, nullas inimicitias gessit: quod neque laedebat quemquam, neque si quam injuriam acceperat, non malebat oblivisci quam ulcisci. Idem immortalis memoria percepta retinebat beneficia: quae autem ipse tribuerat, tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat qui acceperat. Itaque hic fecit, ut

Suae solum, solamente para su bien y conservacion. *Sed conjunctim*, sino juntamente para ambos. *Nullam fortunam*, que queria correr la misma fortuna que él. *Gubernator*, piloto. *Ex hieme*, de la tempestad y escollos del mar. *Ad incolunitatem*, llegó á salvo. *Civilibus*, de guerras civiles.

XI. *Se emerit*, luego que se vió libre. *Praemii*, por el premio que ofrecieron los emperadores. *In Epirum*, á los que fueron al Epiro no faltó cosa alguna, y tuvieron la libertad de quedarse á toda su vida. *Post praelium*, despues de la batalla de Filipos (ciudad de la Macedonia, donde murieron Bruto y Casio). *Praetorium*, que habia sido pretor. *Pari fortuna*, á quienes habia tocado igua desgracia. *Atque ex Epiro*, y mandó que desde el Epiro les llevarsen todo cuanto necesitasen á la Samotracia (isla de la Tracia sobre los confines del mar Egeo, hoy Samandraci). *Neque temporariam*, ni era en ciertos tiempos y ocasiones, cuando le podia traer interés. *Neque callidam*, ni maliciosa. *Quod non florentibus*, porque no hizo ostencion de su liberalidad con los, etc.

verè dictum videatur: Sui cuique mores fingunt fortunam. Neque tamen prius ille fortunam, quam se ipse finxit: qui cavet, ne quã in re plecteretur.

XII. His igitur rebus effectit, ut M. Vipsanius Agrippa, intima familiaritate conjunctus adolescenti Caesari, cum propter suam gratiam et Caesaris potentiam, nullius conditionis non haberet potestatem, potissimum ejus diligeret affinitatem, praoptaretque equitis Romani filiam generosarum nuptiis: atque harum nuptiarum conciliator (fuit non est enim celandum) M. Antonius, triumvir reip. constituendae, cujus gratia cum augere possessiones posset suas, tantum abfuit a cupiditate pecuniae ut nulla in re usus sit ea, nisi in deprecandis amicorum aut periculis aut incommodis. Quod quidem sub ipsa proscriptione perillustre fuit. Nam cum L. Saufeii, equitis romani, aequalis sui, qui complures annos studio ductus philosophiae Athenis habitabat, habebatque in Italia pretiosas possessiones, triumviri bona vendissent, consuetudine ea, qua tum res gerebantur. Attici labore atque industria factum est, ut eodem nuntio Saufeius fieret certior, se patrimonium amisisse, et recuperasse. Idem L. Julium Calidum, quem post Lucretii, Catullique mortem, multo elegantissimum poetam nostram tulisse eta-

Sui cuique, que las costumbres fabrican á cada uno su fortuna. *Neque tamen*, aunque él no fabricó la suya, antes de formarse á sí mismo. *Qui cavet*, él cuidé de que no le pudiesen tachar en cosa alguna.

XII. *Suam gratiam*, por su valimiento y buenas prendas personales, y por el poder de César su amigo. *Nullius conditionis*, teniendo en su mano el emparentar con cualquiera de las personas de mas calidad. *Praoptaretque*, y prefiriese casar con Ática, hija de Pomponio, caballero romano, á las bodas de las familias mas ilustres, esto es, senatorias. *Conciliator fuit*, ajustó. *Nisi in deprecandis*, sino en apartar de sus amigos los peligros ó las calamidades. *Sub ipsa proscriptione*, al tiempo mismo de la encartacion ó confiscacion. *Consuetudine*, segun la costumbre que entonces reinaba. *Idem expeditit L. Julium*, el mismo Ático sacó libre á, etc.

Caesari, esto es César Augusto, entonces joven.

Triumvir, uno de los tres sujetos destinados para el arreglo de la república. Despues de la guerra de

Módena se unieron Antonio, Lepido y César con el especioso pretexto de poner en pié la república, pero en la realidad fué para hacerse dueños de ella, como lo hicieron.

tem verè videor posse contendere; neque minùs virum bonum, optimisque artibus eruditum, post proscriptionem equitum, propter magnas ejus africanas possessiones, in proscriptorum numerum a P. Volurnio præfecto fabrùm Antonii absentem relatum, expedit. Quod in præsentì utrum ei laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit judicare; quod in eorum periculis non secùs absentes quàm præsentès amicos Attico esse curæ cognitum est.

XIII. Neque verò minùs ille vir, bonus paterfamilias habitus est, quàm civis. Nam cum esset pecuniosus, nemo illo minùs fuit emax, minus ædificator. Neque tamen non in primis bene habitavit, omnibusque optimis rebus usus est. Nam domum habuit in colle Quirinali Tamphilanam, ab avunculo hereditate relictam, cujus amœnitas non ædificio, sed silvâ constabat. Ipsum enim tectum antiquitùs constitutum, plus salis quàm sumptùs habebat: in quo nihil commutavit, nisi si quid vetustate coactus est. Usus est familiâ, si utilitate iudicandum est, optimâ; si formâ, vix mediocri. Namque in eâ erant pueri litteratissimi, anagnostæ optimi, et plurimi librarii; ut ne pedisequus quidem quisquam esset, qui non

Verè videor, me parece que puedo asegurar con verdad que ha sido el poeta mas elegante de nuestros tiempos. *Neque minùs*, sin dejar por eso de ser recomendable por su bondad ó instruccion en las mejores artes. *Africanas*, que tenia en el Africa. *Absentem relatum*, á quien en ausencia puso en el número de los proscriptos ó encartados.

XIII. *Pecuniosus*, adinerado. *Emax*, menos aficionado á hacer compras y obras que él. *Neque tamen*, con todo no dejó de habitar una de las casas mas cómodas. *Omnibusque optimis*, y de tener para el servicio de ella lo mas exquisito. *Avunculo*, de su tio materno (Q. Cecilio). *Cujus amœnitas*, cuya amœnidad y belleza, no tanto consistia en la fábrica, como en los jardines. *Ipsum enim tectum*, porque aquella casa, hecha como estaba á la antigua, tenia mas de gusto que de coste. *Coactus est*, esto es, *commutare*. *Si formâ*, si por el exterior ó por su porte. *Vix mediocri*, apenas podía pasar por mediano. *Pueri*, criados muy literatos. *Anagnostæ*, de excelentes lectores y muchos amanuenses. *Ne pedisequus*, de manera que no habia criado alguno por infimo que fuese...

Præfecto fabrùm, comandante de la artilleria ó de los ingenieros de Antonio. Era el oficial que mandaba la gente empleada en las máquinas militares.

Colle Quirinali, en el collado Quirinal, uno de los siete sobre que

está fundada Roma, así llamado por haber allí un templo dedicado á Rómulo, que llamaban tambien Quirino: hoy monte Caballo.

Tamphilanam, poseida ó fabricada antiguamente por un tal Tamfilo.

utrumque horum pulchrè facere posset. Pari modo artifices ceteri, quos cultus domesticus desiderat, apprimè boni. Neque tamen horum quemquam, nisi domi natum, domique factum habuit, quod est signum non solum continentiæ, sed etiam diligentiæ. Nam non intemperantes concupiscere, quod a pluribus videas, continentis debet duci: et potius diligentia, quàm pretio parare, non mediocris est industriæ. Elegans, non magnificus; splendidus, non sumptuosus; omni diligentia munditiam non affluentem affectabat; suppellex modica, non multa, ut in neutram partem conspici posset. Ne hoc præteribo (quamquam nonnullis leve visum iri putem) cum in primis lautus esset eques rom. et non parum liberaliter domum suam omnium ordinum homines invitaret, scimus non amplius, quàm terna millia æris, peræquè in singulos menses, ex ephemeride eum expensum sumptui ferre solitum. Atque hoc non auditum, sed cognitum prædicamus. Sæpe enim propter familiaritatem domesticis rebus interfuimus.

XIV. Nemo in convivio ejus aliud acroama audivit, quam anagnosten: quod nos quidem jucundissimum arbitramur. Neque unquam sine aliqua lectione apud eum cœnatum est: ut non minùs animo quàm ventre convivæ delectarentur. Namque eos vocabat, quorum mores a suis non abhorrent. Cum tanta pecuniæ facta esset accessio, nihil de quotidiano cultu mutavit, nihil de vitæ consuetudine: tantaque usus est

Cultus domesticus, servicio de una casa. *Domí factum*, y educado en su casa. *Nam non intemperanter*, pues se debe tener por prueba de moderacion no desear con demasiada ansia, como vemos hacer á los mas. *Videas*, sup. *feri*. *Parare*, el proveerse de lo necesario. *Elegans*, limpio, pero sin magnificencia. *Splendidus*, espléndido, pero sin demasiados gastos. *Affectabat*, procuraba con todo estudio una limpieza que no tocara en superfluidad. *Ut in neutram*, de modo que no se le podía notar ni de ser pocos ni de ser muchos los muebles. *In primis lautus*, de los que mejor se trataban. *Ordinum*, clases. *Quàm terna millia*, unos dos mil reales. *Peræquè*, igualmente. *Ex ephemeride*, por el libro de gasto diario. *Prædicamus*, y esto lo digo no como cosa que he oido, sino visto.

XIV. *Allud acroama*, otra armonía que la del lector. *Quod nos*, lo que yo ciertamente juzgo mas gustoso. *Non abhorrent*, no desdecian, esto es, eran parecidas. *Cum tanta*, habiéndose acrecentado tan considerablemente su caudal (por la herencia de su tio)...

moderatione, ut neque in sestertio vicies, quod a patre acceperat, parum, se splendide gesserit, neque in sestertio centies affluentius vixerit, quam instituerat, parique fastigio steterit in utraque fortunâ. Nullos habuit hortos, nullam suburbanam aut maritimam sumptuosam villam, neque in Italiâ, præter Ardeatinum et Nomentanum rusticum prædium, omnisque ejus pecuniæ reditus constabat in Epiroticis et urbanis possessionibus. Ex quo cognosci potest, eum usum pecuniæ, non magnitudine sed ratione metiri solitum.

XV. Mendacium neque dicebat, neque pati poterat. Itaque ejus comitas non sine severitate erat, neque gravitas sine facilitate; ut difficile esset intellectu, utrum eum amici magis vererentur, an amaront. Quidquid rogabatur, religiosè promittebat: quòd non liberalis, sed levis arbitrabatur, polliceri quod præstare non posset. Idem in nitendo, quod semel admisisset, tantâ erat curâ, ut non mandatam, sed suam rem videretur agere. Nunquam suscepti negotii eum pertæsum est. Suam enim existimationem in eâ re agi putabat; quâ nihil habebat carius. Quo fiebat, ut omnia M. et Q. Ciceronum, Catonis, Marii, Q. Hortensii, Auli Torquati, multorum præterea equitum rom. negotia procuraret. Ex quo judicari poterat, non inertia, sed judicio fugisse reipubl. procuracionem.

XVI. Humanitatis verò nullum affere majus testimonium possum, quam quod adolescens idem seni Sullæ fuerit jucundissimus, senex adolescenti M. Bruto: cum æqualibus autem suis Q. Hortensio et M. Cicerone sic vixerit, ut judicari difficile sit, cui ætati fuerit aptissimus. Quamquam eum præcipue dilexerit Cicero, ut ne frater quidem ei Quintus carior fuerit,

In sestertio vicies, esto es, *in vicies centenis millibus sestertiorum*, cuando tenia dos millones de sestercios. *Neque in sestertio centies*, ni cuando se vió con diez millones de sestercios. *Parique*, se mantuvo en el mismo tenor de vida. *Præter*, á excepcion de las dos heredades que tenia en Ardea y Nomento (dos ciudades del Lacio) *Omnisque*, y toda la entrada de sus rentas consistia en las posesiones que tenia en el Epiro y Roma.

XV. *Religiosè*, con miramiento. *Tantâ erat curâ*, era tan eficaz en mantenerse en aquello en que una vez se habia empeñado. *In eâ re agi*, que en eso le iba. *Non inertia*, que no por desidia, sino por prudencia, huyó del gobierno de la república.

XVI. *Cui ætati*, á qué edad se acomodaba mejor...

aut familiarior. Ei rei sunt indicio præter eos libros in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus sunt editi, sexdecim volumina epistolarum ab consulatu ejus usque ad extremum tempus, ad Atticum missarum, quæ qui legat, non multum desideret historiam contextam eorum temporum. Sic enim omnia de studiis principum, vitiis ducum, ac mutationibus reipubl. prescripta sunt, ut nihil in iis non appareat: ut facile existimari possit, prudentiam quodammodo esse divinationem. Non enim Cicero ea solum, quæ vivo se acciderunt, futura prædixit; sed etiam quæ nunc usu veniunt, cecinit ut vates.

XVII. De pietate autem Attici quid plura commemorem? cum hoc ipsum verè gloriantem audierim in funere matris suæ, quam extulit annorum nonaginta, cum esset septem et sexaginta, se nunquam cum matre in gratiam redisse, nunquam cum sorore fuisse in similitate, quam prope æqualem habebat. Quod est signum, aut nullam unquam inter eos querimoniam intercessisse, aut hunc eâ fuisse in suos indulgentiâ, ut, quos amare deberet, irasci eis nefas duceret. Neque id fecit naturâ solum, quamquam omnes ei paremus, sed etiam doctrinâ. Nam et principum philosophorum ita percepta habuit præcepta, ut iis ad vitam agendam, non ad ostentacionem uteretur.

XVIII. Moris etiam majorum summus imitator fuit, antiquitatisque amator: quam adeo diligenter habuit cogni-

In vulgus editi, que se han publicado *Contextam*, seguida. *Studia*, inclinaciones, pasiones. *Cecinit ut vates*, pronosticó como adivino.

XVII. *De pietate*, acerca del amor de Ático á los suyos. *Extulit*, enterró, habiendo muerto de edad de 90 años. *Cum esset*, teniendo él 67. *Redisse*, nunca tuvo que reconciliarse con su madre, esto es, nunca la ofendió. *Similitate*, enojo alguno con su hermana. *Quam prope*, que era casi de su misma edad. *Naturâ*, por su genio. *Paremus*, estamos sujetos. *Ad vitam agendam*, para arreglar por ellos sus acciones.

XVIII. *Quam adeo*, de la cual tenia tanto conocimiento.

Volumina, los antiguos escribían en cortezas de árboles ó en pergaminos que envolvían en un palito redondo que solia ser de cedro, de

box, de márfil ó de otra materia, á esto así envuelto llamaban *velamen*.